



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Index Librorvm Prohibitorvm Alexandri VII

Alexander

Romae, 1667

XIII. Sacrae Congregationis Indicis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-81440](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-81440)

Liber in scriptis; Ex responsione Synodali data Basilee Oratoribus D. Eugenij Papa IV. in Congregatione generali 3. non. Septembr. 1432. Pars precipua, & in eam Commentarius: Colonia, sumptibus Theophili Franci 1612. absque nomine Auctoris.

Nicolai Giffneri Orationes de Vita Othonis Tertij & Friderici Secundi Imperatorum, & de Conrado ultimo Suetie gentis Principe. Argentorati, apud Lazarum Zetzneri 1608.

Rodulphi Goelenij Physica completa Speculum. Francofurti 1604.

Monita Politica ad Sacri Romani Imperij Principes. Francofurti excudebat Nicolaus Hoffmannus, impensis Petri Köpfij 1609. Dat. Romæ Ann. 1613.

P. Episc. Albanen. Card. S. Cæcilie.

Locus † sigilli.

Regist. fol. 48.

F. Paulus Picus Ord. Præd. Secret.

XIII.

SACRÆ CONGREGATIONIS INDICIS.

SACRA Congregatio Illustrissimorum S. R. E. Cardinalium ad Indicem Deputatorum, viso libro falso inscripto; *Apologia Cardinalis Bellarmini, pro iure Principum adversus suas ipsius rationes pro auctoritate Papali Principes seculares in ordine ad bonum spirituale deponendi, Auctore Rugero Widdinghamo Catholico Anglo 1611. eiusdemque Auctoris alio libro inscripto; Disputatio Theologica de iuramento fidelitatis Sanctissimo Patri & ab ipso Papa V. dedicata, Albionopoli 1613. utrumque Librum damnandum, atque prohibendum esse censuit. Sicuti de mandato Sanctiss. D. N. D. Pauli Papæ V. præsentis Decreto penitus damnat, & prohibet, quovis idiomate impressum, aut imprimendum: Ac nisi illorum Auctor, qui Catholicum profitetur, quamprimum sese purgaverit; Censuris ac alijs pœnis Ecclesiasticis intelligat se omnino coercendum. Mandat autem, quod nullus deinceps cuiuscunque gradus, & conditionis, sub pœnis in Sacro Concilio Tridentino, & in Indice Librorum Prohibitorum contentis, supradictos Libros audeat imprimere, aut imprimi curare, vel quomodocunque apud se detinere, aut legere. Et sub iisdem pœnis præcipit, ut quicumque nunc eos habent, vel habuerint in futurum, locorum Ordinarijs, seu Inquisitoribus statim à præsentis Decreti notitia illos exhibeant. In quorum fidem præsens Decretum manu, & sigillo Illustrissimi & Reverendissimi D. D. Cardinalis S. Cæcilie Episcopi Albanen. signatum, & monitum fuit, die 16. Martij 1614.*

P. Episc. Albanen. Card. S. Cæcilie.

Locus † sigilli.

Regist. fol. 50.

Fr. Thom. Pallavicinus Ord. Præd. Secr.

XIV.

SACRÆ CONGREGATIONIS INDICIS.

QUAM ab aliquo tempore citra, prodierint in lucem inter alios nonnulli Libri, varias hæreses atque errores continentes, ideo Sacra Congregatio Illustriff. S. R. E. Cardinalium ad Indicem Deputatorum, ne ex eorum lectione graviora in dies damnata in tota Republica Christiana oriantur, eos omnino damnandos, atque prohibendos esse voluit; sicuti præsentis Decreto penitus damnat & prohibet ubique & quovis idiomate impressos, aut imprimendos. Mandans, ut nullus deinceps, cuiuscunque gradus, & conditionis, sub pœnis in Sacro Concilio Tridentino, & in Indice Librorum

INDICES
Librorum
PROHIBITORUM
E. V.
= 4.